



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

130. De eadem re.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

eos, qui possunt, tamen fideles, monachos maximè, & scientiam habere baptizandi; & si alicubi longiùs exierint, eucharistiam semper secum habere debent.

De eadem re.

Burchard. lib.  
4. c. 46.  
Capitulare  
Theodulfi  
c. 17.

CXXIX. Perpendant Presbyteri quanti discriminis sit animas innocentium per eorum negligentiam à regno Dei excludi. Si enim gaudium est in cælo super uno peccatore pœnitentiam agente, quid putas, quanta ira & indignatio super illum erit qui per suam negligentiam januas paradisi innocentibus claudit? Et ideo Presbyteri summa diligentia caveant ne animas, pro quibus sanguis Christi effusus est, per suam incuriam à cœlesti beatitudine separent. Sed si, quod absit, evenerit, gravi pœnitentiæ luctu diebus vitæ suæ se submittat per cujus evenerit neglectum.

De eadem re: *Vnde supra.*

CXXX. Cujus parvulus in negligentia sine baptismo mortuus fuerit, tres annos pœniteat, primum ex his in pane & aqua.

Ne oblationes in domibus offerantur, & ne Missæ extra Ecclesiam cantentur.

*Ex Concilio Laodicensi.*

Concil. Laod.  
dic. c. 58.  
Addit. III. c.  
4. & 47.  
Burchard. lib.  
3. c. 60.

CXXXI. Quòd non oporteat in domibus oblationes celebrari ab Episcopis vel Presbyteris.

*Vnde supra.*

Burchard. lib.  
3. c. 61.

CXXXII. Dicitur est nobis quòd quidam